

560

Lib. IV. Cap. VII.

..vens ; verum Inequè hæc oratio cum hō
..mine est convertibilis ; porro igitur divi-
..dendum est : h. m. substantia corporea mi-
..xta vivens est vel sentiens vel non senti-
..ens : verum licet Tò sentiens addatur sub-
..stantiæ corporeæ mixtæ viventi, nondum
..tamen reciprocatur oratio cum re definien-
..dâ, nempe homine ; unde sentiens tan-
..dem dividendum est in id, quod rationē
..præditum est, & quod ratione caret, ho-
..minique addenda est hæc ultima differen-
..tia, nempe *ratione præditum esse*, ut fiat
..ralis oratio, substantia corporea mixta vi-
..vens, sentiens, ratione prædita ; quæ sicut
..soli homini convenit & cum ipsò reci-
..procatur : ita est ejus definitio. Quia au-
..tem omnia illa, substantia corporea, mixta,
..vivens, sentiens nihil aliud significant,
..quàm animal, ideo definitio hominis erit hæc : homo est animal ratione præ-
..ditum.

33. Nota : Cum non suppetunt essentiales
differentiæ, tæpe divisio instituenda est in illa
accidentia, quorum singula latius patent,
quàm res definienda, omnia autē simul sum-
pta cum eâ reciprocantur, e. g. si animal divi-
ditur in bipes & non bipes, & rursus animal
bipes